



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. An & qualis donatio inter Conjuges sit invalida? & in quibus casibus sit
valida & licita, vel prohibita?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. X.

An propter alias præterea causas
divortium inter Conjuges possit in-
ferri?

Temporale divortium, sive ad tem-
pus separationem à Coniuge, do-
nec emendetur v. g. potest conjux pro-
pria etiam auctoritate facere, si de sa-
lute animæ suæ graviter periclitetur, ob

multam & gravem ad varia peccata in-
ductionem, si ob sævitiam viri meritò ti-
meat grave corporis periculum ex coha-
bitatione, si perpetuæ & graves in-
ter eos sint rixæ, quæ nimium mo-
lestam reddunt cohabitationem, si al-
ter conjux sit omnino furiosus, aut le-
prâ vel alio morbo contagioso infectus
&c.

T I T V L V S XX.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXO-
REM, ET DE DOTE POST DIVORTIUM
RESTITUENDA.

§. I.

An & qualis donatio inter Conju-
ges sit invalida? Et in quibus casibus
sit valida & licita, vel pro-
hibita?

Donatio inter Conjuges alia simplex
est, quæ sit ex mera donantis li-
beralitate; alia sit ob causam aliquam,
qualis est donatio propter nuptias, quæ
fit à marito uxori propter matrimonium,
in compensationem dotis sibi datæ. Do-
natio simplex inter virum & uxorem,
constante matrimonio facta, ordinariè
invalida est (ne mutuus amor inter con-
juges venalis videatur, & refrigescat, si
donationes cesserint) ita tamen, ut morte
donantis, nisi expressè vel tacitè revo-

cata fuerit à vivente donante, prout libe-
rè revocare potest, confirmetur; &
quamvis alii contractus inter conjuges
valeant, venditio v. g. permutatio &c.
cùm æquivalens rei v. g. venditæ pretium
pars altera obtineat, uti & legatum,
quod refertur in tempus dissoluti matri-
monij, simplex tamen donatio, ex qua
pars una pauperior, cum diminutione
v. g. sui patrimonij, quod de facto ha-
bet, altera verò locupletior evadit, fir-
mitatem non habet, ut ait Ponti-
fex in *c. ult. h. r.* (censetur autem
omnino revocari talis donatio, ut nec
morte donantis confirmetur, si divor-
tium inter Conjuges fiat, nisi aliunde
constaret, velle donantem non revo-
catam per hoc donationem; si alteri ea-
dem res vendatur, legetur, donetur,
pignori

U n u z

pignori detur &c. si conjux donatarius mores mutet, in detrimentum donantis. Si prius moriatur donatarius, & quinto denique, ut multi volunt, si donatio ante mortem donantis rei donatæ non fuit facta traditio. Plura de his vide apud Civilistas, qui plures etiam casus afferunt, in quibus simplex etiam donatio virum inter & uxorem, stante matrimonio, facta, valet.

§. II.

Quenam præterea donationes inter Conjuges valeant, vel non?

Primò validæ sunt factæ inter conjuges donationes remuneratoriæ, quia remuneratoriæ donatio non est merè liberalis donatio, & non fit merè gratis, sed in compensationem præstiti alicujus obsequij, & meritum intuitu &c. ergo per talem donationem non fit venalis amor mutuus matrimonialis &c.

Secundò valida est donatio mortis causâ facta, ita tamen ut non transferatur rei taliter donatæ, & traditæ dominium in donatarium, donec mors donantis intervenerit, & semper donatio talis revocari possit, ne sub nomine donationis inter vivos veniat.

Tertiò valida non est donatio, quæ fit inter putativos tantùm Conjuges, si tamen bonâ fide legitimum suum matrimonium putent, quia ut lex ait, *non quasi ad extraneam, sed quasi ad uxorem fecit*. Si tamen vel uterque corum sciat matrimonium suum esse nullum, vel donatarius saltem nullitatem talis matrimonij sciat, donans verò sit in bona fide validi matrimonij, tunc in priorè casu

donans quidem repetere non potest donatam, neque tamen hæc donatio acquiritur, in prænam scienter & volente contracti matrimonij, sed filius non vindicare sibi potest; in posterum vero casu donatio nulla est, & donatio non ejus hæredibus res donata restitui debet, quia ob errorem donantis, contractus talis in tali donatione non censetur intervenisse. Quòd si verò donatus quidem nullitatem sui matrimonij, donatarius tamen ne civit, sed boni interpretavit validum illud esse, legitime quidem tali parti factum valet, & probabiliter etiam donatio, ita ut sit in tali casu immiscere se non possit, sed argumentum ab ultimis voluntatibus ad alios contractus (ceteris in quibus) valet. Vide Civilistas.

§. III.

Quibus modis donatio inter vivos inter conjuges confirmetur?

Tribus modis de jure Canonico confirmari potest talem donationem inter vivos, validam, communiter traduntur duobus res primò per juramentum talis donationis non revocanda ea, additur tamen enim tale juramentum servari posse sine dispendio æternæ salutis, & dispendio tales inter virum & uxorem non sunt prohibitione boni publici prohibita sunt, præcisè ratione privati Conjugum bonorum consequenter hi suo jure cedere possunt & juramentum illud servari debet. Secundò confirmantur tales donationes per mortem naturalem donantis, tunc tamen mortem expressè vel tacitè revocata habet, ut dictum §. I. ubi alie etiam esse